Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dens symon dixit Estimo quia is cui plus donauit. At ille
dixit Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit
symoni. Vides hanc mulierem intuui in domum tuam.
aquam pedibus meis non dedisti. hec autem lacrimis rigauit
pedes meos et capillis sui tersit. Osculum mihi non dedisti.
hec autem ex quo intuit non cessauit osculari pedes meos.
Oleo caput meum non unxisti. hec autem unguento unxit
pedes meos. Propter quod dico tibi remittuntur ei peccata
multa quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur
minus diligit. Dixit autem ad illa. Remittuntur tibi peccata.
Et cepunt qui simul accumbebant dicere intra se Quis
est hic qui etiam peccata dimittit. Dixit autem ad mulie-
rem. Fides tua te saluam fecit. uade in pace. Gregorii pp.
Cogitanti mihi de marie penitentia flere magis li
bet quam aliquid dicere. Innatiuitate s. Iacobi.
Accessit ad ihm mater filiorum zebedei cum Matheus.
filiis suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui
dixit ei. Quid uis. At illa dixit Dic ut sedeant hi
duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinist-
ram tuam in regno tuo. Respondens autem ihs dixit
Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego